



**H**Vldricus filius fuit Eberhardi comitis Vuir  
 tenbergensis optimi. Is post patris obitum  
 cum fratre Ludouico ditionē paternā diuisit, atq;  
 ob plurimas uirtutes in magno pretio fuit. Erat  
 enim beneficentia, humanitate, affabilitate, & cle  
 mentia adeò insignis, ut ab omnibus diligeretur,  
 atq; Beneamati cognomen adipisceretur. Itaq; in  
 omni loco, ad quam uenturus erat, auidè expecta  
 batur, atq; instar patris præsens colebatur. Religi  
 onem etiam unicè obseruabat, ac sæpius instar pri  
 uati solus templa frequentabat, uera innocentia  
 comitatus. Vnde curia eius uiris optimis & præ  
 stantissimis semper referta fuit. Gessit etiam tria

bella. primum quorundam principum socius contra ciuitates Imperiales mo  
 uit, quarum opes tum florentes erant, quod quidem foeliciter absoluit. secun  
 dum gessit cōtra Fridericum Rheni Palatinum, quod is eum in Margarethæ  
 uxoris dote impedire uidebatur: quod & ipsum cum laude finiuit. Tertiū ex